Johannes dei gra(tia) ep(iscop)us Cracouien(sis) discretis viris vicariis eccl(es)ie parochialis in Schaffary n(ost)re dioc(esis)
aliisq(ue) p(res)biteris regnicolis salutem in domino. Cum igitur ad eccl(es)iam parochialem ibidem in Schaffary vacantem
per mortem discreti olim Petri ipsius ultimi et immediati rectoris discretum Mathiam de Wyeliczka sacerdotem
in omnibus ordinibus constitutum ad presentac(ionem) nobilis Johannis Rawsky de Skrzydlna veri heredis ipsius
eccl(es)ie p(at)ronum [illegible] vere presentatum et nullo in eius ipsos contradicente, per manus n(ost)re capiti suo imposicionem insti-
tuimus et investimus instituimusque et investimus presentes curam animarum administracionemque spiritualium et temporalium con-
peralium dicte eccl(es)ie sibi committentes. Quocirca vobis in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena mandamus
quatenus ad dictam eccl(es)iam parochialem in Schaffary cum prefato Mathia de Wyeliczka, dum per eum vigore presencium fueritis
requisiti personaliter descendentes ipsum ad eandem eiusque realem actualem et corporalem possessionem ponatis et inducatis,
facientes sibi et non alteri de omnibus et singulis memorate eccl(es)ie fructibus redditibus proventibus iuribus et obvencionibus uni-
versis per eos ad quos pertinet plene et integre responderi. Eccl(es)ie parochianos ipsius sibi tamquam vero et legitimo
pastori curato in omnibus licitis et honestis obediant pareant et intendant. In cuius rei testimonium sigillum n(ost)r(u)m pre-
sentibus est appensum. Actum et datum in [illegible] decima septima die mensis Octobris anno domini millesimo
[illegible]

Iag I 408.